

AGARICI RIOGRANDENSES IV ⁽¹⁾

P O R J. RICK

(BRASIL)

MELANOSPORI

Sporis atris aut brunneo-atris.

PSALLIOTA

Pileo cum lamellis a stipite carnososo remoto; stipite annulato.
Generatim fungi edules.

Psalliota pratensis Schaeff.

Sacc., V, 997.

Pileo carnoso, ex ovoideo expanso laevigato vel squamuoso, albido-cinereo 5-6 cm. lato, stipite fareto, basi incrassato nudo, annulo medio, simplici deciduo; stipite 5 cm. longo, usque 1 cm. crasso; statura curta robusta; lamellis liberis (a stipite) angustatis acutis, postice rotundatis, cinereis demum fuscis; sporis ovato oblongis 7-8 = 4 μ . In graminosis. Sapore anisii.

(¹) Véase *Lilloa*, I (1938), 307-346; II (1938), 251-316; III (1938), 399-455.

Psalliota campestris Linn.

Lit. : Sacc., V, 997.

Syn. : *Ps. americana* Speg., *Ps. arvensis* Schaeff.

Pileo carnoso, convexo-plano, floccoso-sericeo squamulosove, carne subrubente 6-14 cm. lato; stipite fareto, laevi, albo; annulo medio, sublacero; stipite, 6-8 cm. alto, 1-2 cm. crasso; lamellis liberis, approximatis, ventricosis, sublignescentibus, carneofuscis; sporis sphaerodeo-ellipsoideis 7-9 = 6 μ . In campis et silvis. Est qui vulgo vocatus «Champignon» edulis, sapore amendoae. Adsunt multae varietates colore albo fulvo etc. stipite saepe squamuoso. Cognoscitur lamellis roseis sapore grato, odore nullo var. *Ps. setiger* Fr. Stipite squamuoso infra anulum.

Psalliota abruptibulba Peck.

Lit. : Kaufmann, Ag. of Michigan, 237.

Pileo pure albo, setinoso, tactu decolorante, subsplendente 4-25 cm. lato, carnoso; stipite 7-10 cm. alto, 7-10 mm. lato; supra annulum setinoso-fibroso, infra laevi, annulo magno dependente; stipite inferius saepe bulboso-marginato, nigrescente per exsiccationem; lamellis diu pallidis, dein griseo-rubellis, denique atris densissimis liberis; sporis 6-7 = 3-4 μ . In silvis ad terram gregarius. Legi exemplaria gigantea cum stipite 20 cm alto, sed semper 1 cm crasso cum bulbone marginato. Exsiccando totus nigrescit. In *Contributio*, IV, *Broteria*, V, XXIV, fase. III, sporas dedi falsas. Odor quoque anisius. In *Ps. arvensis* non adest odor anisens sed amendoae.

Psalliota elvensis Berk. et Br.

Lit. : Sacc., V, 993.

Pileo carnoso, fibrilloso, in squamas latas persistentes disrupto, margine verrucis pyramidalibus obsesso, fulvo-brunneo usque 15 cm. lato; stipite solido, fibrilloso, concolore 10 cm. alto, usque 5 cm. crasso; annulo amplissimo, subtus areolato verrucoso; sporis 8 = 4 μ . Ad terram.

Psalliota silvatica Schaeff.

Lit. : Ricken, *Blätterpilze*, 237.

Pileo brunneo, fibrilloso-squamoso vel in fundo pallido rubro-brunneo-squamoso, centro rubro-brunneo 5-8 cm. lato, carnosus; stipite pallido, aliquid fibrilloso-squamoso, annulo simplici; stipite 7-10 cm. alto 1-1,5 cm. lato, saepe subbulboso; lamellis griseo-rubris, demum brunneo-rubris, tactu rubentibus aliquid incisis, confertis, angustis, liberis. Carne fracta rubente. Sporis 6-7 = 3.4 μ .

var. **haemeroidea** Kalchbr.

Est forma magis compacta. Quam in *Contributio*, III; *Broteria*, V, XVIII, fasc. II, sub *Ps. silvatica* recensui est alia species, forte nova. Distinguitur sporis 3-4 = 2.5 μ , centro atro; stipite farinoso non fibrilloso, lamellis primo violaceo-carneis.

Psalliota villatica Brond.

Lit. : Sacc., V, 999.

Syn. : *Psalliota augusta*, Fr.

Pileo conico-expanso, lurido-stramineo, sericeo, mox squamoso-decorticato ampio 10-20 cm. lato, non compacto sed carnosus, scisso stipite solido, deorsum ventricoso 6-10 cm. alto, 1-3 cm. crasso, annulo apicali amplissimo, reflexo, infra tomentello; lamellis confertissimis, rotundato-liberis; sporis ellipticis 12-13 = 6 μ . Caro albida, fracta ochraceo-sublateritia. Sapore amygdalino. In nemore ad terram. Color mei speciminis erat columbinus.

Psalliota cretacea Atk.

Lit. : *The agaricaceae of Michigan*, 234.

Est sicut *Ps. campestris*, alba, sericea-laevis, sed stipite albo-farinoso-squamoso usque ad annulum; sporis subsphaericis 4-5 μ . Sapore amendoae. In silva. *Contributio*, III. sub *Ps. cretacea*.

Psalliota perrara (Schulz).

Lit. : Ricken, *Blätterpilze*, 235.

Pileo stramineo cum squamis brunneolis floccosis, vertice stramineo brunneo subnudo, obtuso, scisso giganteo 10-20 cm. lato, compacto carnoso; stipite pallido; annulo dependente, sinuoso, subtus annulo floccoso-squamoso, postea nudo 10-15 cm. alto, 1-2 em. lato cum bulbo submarginato, cavo, fistula angusta; lamellis pallidis dein griseo-rubris, demum atris densis, angustis liberis, parum, remotis a stipite. Caro alba fracta flavescens odore anisio. Edulis. Sporis 7-8 = 5 μ .

Differt a *Ps. augusta* sporis et pileo obscuriore *Ps. elvensis* (Berk) forsitan identica est.

Psalliota subrufescens Peck.

Lit. : Kaufmann, *Ag. of Michigan*, 239; *Contributio*, I, tab I. 1 sub. Str. *Caput Medusae*.

Est idem ac *Ps. perrara*, sed forma gigantea, colore fulvo-ferrugineo valde squamoso et lamellis latioribus. Inter folia in silvis. Edulis. Meum specimen habet sporis minutos 3 = 2 μ . Nisi error subest, esset varietas microspora. Odore anisii.

Psalliota echinata Fr.

Lit. : Kaufmann, *Ag. of Michigan*, 245.

Pileo 1-3 cm. lato, obtuso carnoso, margine appendiculato, floccoso-squamoso, fumoso-brunneo, punctato non striato, aetate saepe rimoso; lamellis liberis angustis, densis, sordite roseis, postea purpureis, stipite 2-3 cm. alto 1-3 cm. lato, albo fibrilloso, intus sanguineo, floccoso-pulverulento basi saepe micelio conglomerato bulboso; velo floccoso membranaceo, lacerato, decidue; sporis 4-5 = 2-2,5 ellipticis laevibus pallidis, sed purpureo-tinctis. Gregaria in silva.

Habitu est Inocybe, sporis quoque magis convenit cum Inocybe, sed lamellis a stipite remotis et velo ad *Psalliotam* spectat.

Psalliota trisulphurata Berk.

Lit. : Sacc., V, 1010.

Pileo haemisphaericus, laetissime aurantiaco, dense furfuraceo, carne alba 1-2,5 cm. lato; stipite concolor 2,5 cm. alto solido furfuraceo-squamulosus, subglabro, deorsum radicante; annulo ampio, lamellis ex albo fusco-purpureis. Ad terram.

Psalliota californica Peck.

Lit. : Sacc., XIV, 150.

Pileo e subconico convexo minute sericeo vel fibrilloso, disco purpureo vel purpureo-brunneolo tineto, carne albida, lamellis densis, carnis, liberis, dein purpureis, denique nigro-brunneis, stipite sublongo, solido vel farcto, sursum angustiore, ad annulum sericeum distinctorum angustatum, pallido vel brunneolo; sporis late ellipticis 5,5-6,5 = 4,5,5 μ . Ad terram. Pileo 2,5-8 cm. lato; stipite 4-8 cm. alto 0,5-1 cm. lato. Tacto immutatus. Ad terram.

Psalliota argentina Speg.

Lit. : Sacc., V, 118.

Solitarius. Pileo 4-6 cm. lato, margine appendiculato, ex avellaneo isabellino, adpressissime fibrilloso-fuscescente; stipite farcto, fibroso 5-6 cm. alto, 1 cm. crasso, laevissimo, glaberrimo, albo, basi abrupto truncato-mycetifero; annulo duplo, fixo, persistente sub apice descendente; lamellis linearibus postice abrupte sinuatis, antice attenuatis, primo albo-griseis, dein cinereo-fuligineis, postremo atro-badeis, tenuibus confertis acie integerrimis sporis 4-5 = 3,5 μ subferrugineis. Edulis. In umbrosis ad terram.

Psalliota comptula Fr.

Lit. : Sacc., V, 1006.

Pileo carnosulo, convexo-plano, obtuso 3 cm. lato, adpresso sericeo glabratove; stipite cavo 2-4 mm. lato, subattenuato, an-

nuloque medio fugace albo-flavescens; lamellis liberis, confertis antice latioribus ex carneo roseis; sporis $4.5 = 2.3 \mu$. Ad terram.

Psalliota straminea Rick.

Lit. : *Contributio*, II, 110.

Pileo 1 dm. crasso, carne alba tactu sanguinea, odore anisii, albo-stramineo, squamis innatis tecto; stipite 1 dm. alto, subtus 1,5 cm. lato, stramineo-squamoso, fibroso cavo, a lamellis libero, lamellis ventricosis, confertissimis, fulgineis, arescendo atris, fere aequalibus, liberis, a pilei carne facile secedentibus, annulo pendente, lacero, fugace; carne molli, spongiosa, sapore nullo, sporis atropurpureis $5 = 3 \mu$. Ad terram in silva.

ANNELLARIA

Sicut *Psalliota*, sed margine pilei lamellas excedente, stipite non carnoso sed duro cartilaginoso; sporis purpureis; lamellis variegatis id est maculatis.

Annellaria diffracta Rick.

Lit. : *Contributio* IV; *Broteria*, vol. XXIV, fasc. III.

Pileo 5 cm. lato, carnoso, campanulato expanso, subcarneo, in squamas membranaceas fibrillosas adnatas diffracto; carne alba; lamellis liberis, linearibus, confertis, bimacriis, acie finissime serratis, demum albo-fumosis; stipite 3 cm. alto 5 cm. lato, coriaceo-cartilagineo, gilvo-brunneo, superius albo, subbulboso, infra annulum solidum albo-arachnoideo; sporis $5 = 3 \mu$. Micelio albo. Ad terram.

Annellaria lepiotioidea Speg.

Lit. : *Sacc.*, V, 148.

Pileo carnoso, ovoideo, umbonato, castaneo, glabro, laevi; lamellis confertis, sinuatis, ferrugineis atris, albo-marginatis,

annulo membranaceo, persistente albo; stipite cum pileo con-nato, tereti, apice albo, medio fuscescente ac albo-pruinoso, basi abrupte bulboso-incrassato; sporis ovoideis atrofuligineis $10 = 6.7 \mu$. Pileo 3-6 cm. lato; stipite 5-7 cm. alto 1 cm. crasso. In detritis. *Ann. Puiggarii* Speg. est similis in lianis putridis sed pallidior.

Annellaria olivacea Henn.

Lit.: Saec., XVI, 119, sub. *Stropharia*.

Pileo carnoso, laevi; glabro, luride olivaceo circ. 2,5-4 cm. lato; stipite fistuloso, tereti, glabro, albo-coeruleo 5 cm. longo, 3-5 mm. lato, annulo membranaceo atro; lamellis adnatis sub-confertis, ventricosis fusco-olivaceis; sporis ovoideis, basi apiculatis laevibus, atro-brunneis vel violaceo-brunneis 7-9 μ longis. Ad terram. Ista species tempore pluviae saepe glutinosae sunt.

PILOSACE

Sicut *Psalliota* sed sine velo.

Pilosace brasiliensis Rick.

Lit.: *Contributio*, III; *Broteria*, vol. XVIII, fasc. II.

Statura *Psalliotae campestris*. Pileo carnoso-lanoso, compacto, revoluto, albo squamoso 6 cm. lato, margine prostante, albo-fimbriato; stipite nudo, albo 10 cm. alto 1 cm. lato, solido, inferius bulboso-radicante, fibroso; lamellis mediis, confertis, inaequalibus, utrimque attenuatis a stipite remotis atris, sporis atro-brunneis $5 = 3 \mu$. Ad terram.

STROPHARIA

Sicut *Psalliota* sed lamellis stipite adnatis et stipite non car-noso.

Stropharia coronilla Bull.

Lit. : Sacc., V, 1014.

Syn. : *Str. obturata* (Fr.).

Pileo carnoso, ex haemisphaerico explanato, 2,5-4 cm. lato laevi, ochraceo-fulvo, margine albo-floccoso, stipite farcto, curto 2,5 cm. alto; annulo angusto striis violaceis radiantibus; lamellis sinuato-adnexis ex albido violaceis acie albis: sporis fusco-purpureis ovato-oblongis $10 = 5 \mu$. In pratis. Parva et firmula generatim flava. Frequens.

Stropharia thrausta Kalchbr.

Lit. : Sacc., V, 1016.

Subgregaria-hygrophano; pileo carnoso, conico-expanso, viscidulo, glabro, cinnamomeo-aurantio; stipite farcto, dein subcavo, subaequali, pulverulento, supra annulum glabro, rufescente, infra annulum subochraceo floccoso; lamellis late adnatis, submarginatis, distantibus, cinereis dein nigricantibus punctulatis annulo mediocri paulo supra medium stipitis inserto, sporis ovato-elongatis $12-15 = 6 \mu$. In pratis.

Stropharia semiglobata (Batsch).

Lit. : Sacc., V, 1022.

Pileo carnosulo, haemisphaerico, laevi glutinoso, flavescente, 1-3 cm. lato; stipite longo 8 cm. alto 2-3 mm. lato, quasi filiformi, gracili, stricte lutescente glutinoso, velo vix formato annulo nigro; lamellis adnatis, latis, planis, nigro-nebulosis; sporis ellipsoides $13-14 = 8-9 \mu$. In stercore et in pratis. Omnium gracillima.

Stropharia stercoraria Fr.

Lit. : Sacc., V, 1021.

Pileo carnosulo, ex haemisphaerico expanso, laevi, glabro, discoideo; stipite medulla discreta farcto, elongato, infra annu-

lum distantem floccoso, subviscido; lamellis adnatis, latis, ex albo-umbrinis vel violaceo-nigris; sporis 18-20 = 10-13 μ . In stercore vaccino. Pileo 2-3 cm. lato, stipite usque 8 cm. alto, toto luteo.

fa. **flexuosa** Britz.

Stipite 12 cm. longo valde tortuoso-flexuoso. Distinguitur a *Str. semiglobata* statura non haemisphaerica; stipite non tam stricto et pileo non vere viscoso.

Stropharia merdaria Fr.

Lit. : Sacc., V, 1020.

Pileo convexo-plano, obtuso, glabro, nudo, subviscido, hygrophano; stipite e farcto cavo, tenaci, curto, flocculoso, sicco, pallido; annulo lacerato fugaci; lamellis adnatis, latis e lutescentibus umbrinis; sporis purpureis 12-13 = 7-9 μ . In merda et stercore exsiccatis. Color est olivaceo-brunneus aut olivaceo-flavus aut olivaceo viridis; juvenilis habet marginem albo-appendiculatum; 1-3 cm. latus; stipite 1,5-4 cm. alto, 2-4 mm. lato. Invenitur etiam in terra hortorum. Distinguitur ab aliis *Strophariis* colore non ita laeto, immo fere hygrophano. Saepe *Psilocybe* vocatur.

Stropharia crassa Rick.

Lit. : *Contributio*, I; *Broteria*, V, VI, 1907.

Pileo fragili albo aut sordide rubro, fibrilloso, sciso aquoso sub cuticula griseo 1 cm. lato carne parum evoluta; lamellis adnexis demum atris, densis, ventricosis, saepe conglutinatis. Ad terram.

Stropharia siccipes Karst. var. **lugubris** Rick.

Lit. : Sacc., V, 1022.

Pileo gregareo, fasciculato 1-5 cm. lato, conico, subviscido, carnosulo, udo, nudo, primo castaneo, dein expallente, exstrio; stipite 3-4 cm. alto 5 mm. lato, brunneo, albo-farinoso, torto;

lamellis subdensis non ventricosis, bimacriis, atro-brunneis adnexis; annulo albo, sporis brunneo-purpureis $12 = 8\text{-}10 \mu$, uno latere apiculatis ceterum amygdaliformibus. In serragine putrida catervatim fascieulata.

Stropharia Mephistopheles Cooke

Lit. : Sacc., IX, 189.

Pileo carnoso, campanulato-convexo, late umbonato 3-5 cm. igneo-rubro, verrucis deciduis concoloribus adsperso, margine appendiculato, annulo superiore patente, stipite tenui, cum pileo concolore subglabro 5-7 cm. longo, 4-6 mm. lato; lamellis lanceolatis, affixis, sub confertis, umbrino-nigricantibus; sporis $4 = 3 \mu$. Ad terram.

Stropharia ocreata Holmsk.

Lit. : Sacc., V, 1023.

Pileo carnoso e globoso campanulato-expanso rubro gilvo 5-8 cm. lato obtuso, primo granuloso dein imbricato squamoso; stipite farcto e velo infero squamoso, bulboso albo subvaginato (subvolvaceo); lamellis subliberis linearibus, confertis, cinereo-nigricantibus. Pulvere sporarum purpureo; sporis sub microscopio fumosis $7 = 4 \mu$. In campis.

Stropharia subcyanescens Rick.

Lit. : *Contributio*, IV; *Broteria*, V, XXIV, fasc. III, 1930.

Pileo solido, expanso, glutinoso, flavo 3 cm. lato, carne grisea, fracta aerugineo-nigra; lamellis subventricosis, griseofumosis, confertis, eroso-adnexis; stipite albo-squamoso, mox aeruginascente, striato, inferius bulboso, velo mox evanido. Sporis $8\text{-}12 = 7\text{-}9 \mu$, limoniformibus apice compressis. Ad *Panaeolum* accedit; conferendus *Panaeolus cyanescens* Berk.

Stropharia aeruginosa Curt. secundum Ricken est valde variabilis ita ut forsitan haec mea species sit *Str. aeruginosa* sporis varians. *Stropharia aeruginosa* Curt. est sporis $8\text{-}10 = 4\text{-}5 \mu$. *subcyanescens* Rick $8\text{-}12 = 7\text{-}9 \mu$. In stercore.

Generatim observavi inter agaricaceas melanosporas et etiam inter alias species macroscopicamente evidenter europeas iam notas eas habere sporas differentes. In notis macroscopicis plerunque variant lamellae, quae saepius latiores aut angustiores sunt quam in typis europaeis. Color quoque variat, quod mirum non est cum in ipsa europa sit saepe variabilis. Caute itaque procedendum, ne in infinitum novae species creentur, quibus in natura solum *formae tropicales* correspondent. *Stropharia albo-cyanea* Desm. secundum Ricken et secundum me etiam *Stropharia subaeruginosa* B. et Br. sunt synonyma *Strophariae aeruginosae*. Semper valde constantes sunt: *Stropharia coronilla* et *semiglobata*.

HYPHOLOMA

Sicut *Stropharia*, sed velum nullum adest in stipite, remanent veli resta appendiculata in margine pilei. Primitus adest velum contextum, fibrose tegens lamellas cuius particulae remanent in iuniori statu ad marginem pilei. *Stropharia* saepe habet annulum solum rudimentarem in stipite, cum hic in stipite ne rudimentaris quidem annulus adest.

Hypoloma fasciculare Huds.

Lit.: Sacc., V, 1029; Ricken, *Blätterpilze*, 249.

Pileo sulphureo umbone saepe vulpino margine appendiculato veli sulphurei restis, quae postea nigrescunt, nudo, laevi, campanulato subfuscoso 3-7 cm. lato, exstrio; stipite sulphureo, ferrugineo-fibroso 5-10 cm. alto, 4-6 mm. lato, torto, cavo fasciculatim juncto; lamellis primo sulphureis dein viridibus densissimis linearibus late sinuato-adnexis; carne laete sulphurea, sapore acri-amaro. Venenosum. In fasciculis unitum occupat terram et truncos; sporis ellipticis 6-7 = 3,5-4,5 μ , laevibus. Facile cognoscitur lamellis flavis postea viridibus et sapore amaro.

Hypoloma intonsum Pass.

Lit. : Sacc., V, 1037.

Pileo subcarnoso, flocculoso-tomentoso 3-4 cm. lato, cortina membranacea, reticulata appendiculata; stipite cavo, albo, inferne glabriuscule, apice flocculoso striato; lamellis adnatis confertis, e roseo obscuris, acie albo-crenulatis. Ad terram.

Hypoloma cascum Fr.

Lit. : Sacc., V, 1036.

Pileo subcarnoso, ex ovali expanso molli, fibrilloso subglatto, ruguloso, pallescente, disco obtuso laevi; stipite cavo, aequali atro fibrilloso, albo atro-squamuloso; lamellis rotundato-adnexis ventricosis aridis, perlatis e griseo nigro-fuscis. Pileo 4-7 cm. lato, fragili; stipite 7-10 cm. alto 4-7 mm. crasso. Fasicolare in terra. Distinguitur a *Hyph. fasciculari* colore et fragilitate a *Hyph. candolleano* fragilitate. Sporis 7-8 = 3-4 μ sicut etiam in *Hyph. candolleano*.

Hypoloma piluliforme Bull.

Lit. : Sacc., V, 1040.

Pileo submembranaceo, e globoso expanso, obtuso, laevi glabro, uno fusco, sicco sordide ochraceo; stipite fistuloso, glabro; cortina telosa, primo annulato; lamellis adnexis, sed sedentibus, tenuibus albis fuscescensibus. Sporis 5-6 = 2-3 μ . In lignis. Differt a *Hyph. appendiculato* statura minusecula 2 cm. lata fere ut *Psathyrella disseminata*. Videtur forma *pusilla* *Hyph. hydropili* Bull.

Hypoloma lanaripes Cooke

Lit. : Sacc., V, 1038.

Pileo submembranaceo e campanulato expanso, glabro diffracte squamoso pallido higrophano; stipite cavo, subfibrilloso, albo basi tomentoso; velo margini appendiculato fugaci; la-

mellis adnatis confertis linearibus, ex albo purpureo-fuscis.

Pileo 4-8 cm. lato disco obscuriore circa marginem purpurascente; stipite 5-8 cm. lato. Ad ligna.

Hypholoma appendiculatum Bull.

Lit. : Ricken, *Blätterpilze*, 247.

Pileo melleo-brunneo, lamellis transparentibus in dorso pilei, sine splendore, aliquid consperso sed nudo, margine albo appendiculato aut primo floccoso-squamoso mox nudo, hygrophano, siccо flavidо, tenui-ruguloso, subatomato, campanulato 2-4 cm. lato; stipite tortuoso, superius setinoso-splendente apice pruinoso saepe striato, nudo, raro cum velo deciduo 5-10 cm. alto 3-6 mm. lato, cavo fragili; lamellis albidis postea griseo-purpureis demum purpureis non lacrimantibus densis, sublinearibus 6-7 mm. latis, late adnexis; sporis 9-11 = 4-5 μ cylindrico-ellipticis sub microscopio rubro-brunneis. In silva. Similis est *Psathyrae obtusatae*. Crescit fasciculatim. Est obcurius omnium, hucusque descriptorum.

Hypholoma hydrophilum Bull.

Lit. : Ricken, *Blätterpilze*, 247.

Pileo castaneo aut olivaceo margine transparenter striato velo fibroso tenuissimo albo, postea purpureo, appendiculato, pileo nudo, laevi hygrophano, siccо flavidо, ruguloso, campanulato-expanso 2-5 cm. lato, subcarnoso; stipite pallido, setinoso-laevi apice subpruinoso, basi albo-lanosa 4-5 cm. alto 3-4 mm. lato aut 7-10 cm. alto 3-5 mm. lato, cavo lamellis pallido-brunneis demum obscuris saepius cum acie alba, densis, tenuibus, ventricosis adnatis. Sporis 5-6 = 2-3 μ . Venenosum. In lignis.

Meum exemplar habet colorem olivaceo-incarnatum. Secundum Kauffmann est fragile. Quod enumeravi in *Contributio*, III; *Broteria*, 1919 sub nomine *Hyph. appendiculatum* videtur esse *Hyph. hydrophilum* comparatis sporis.

Hypoloma dispersum Fr.

Syn. : *Hyph. marginatum* Pers.

Pileo virescente centro vulpino-flavido, margine viridi velo appendiculato pallido setinoso, exstrio, sicco permanenter campanulato 2-5 cm. lato, saepius acute conico, subcarnoso; stipite ferrugineo-brunneo apice pallidiore, pallide fibrilloso aequali 5-6 cm. alto, 2-3 mm. lato subcavo, tenace; lamellis argilaceis dein griseo-viridibus, acie alba aut flava, atro-maculatis densis, latissimis subventricosis, tenuibus, late-adnatis, separantibus. Carne pilei viridula, stipitis rubro-brunnea, sapore subamaro; sporis subfusiformibus 8-9 = 3-4 μ . Venenosum. Ad terram gregarium.

Hypoloma leucotephrum Berk.

Lit. : Sacc., V, 1040.

Caespitosum; pileo carnosu-membranaceo, 8 cm. lato campanulato, rugoso, albido; stipite 10 cm. alto fistuloso, deorsum sericeo-fibrilloso, apice striato, velo ampio hinc inde appendiculato; lamellis adnexis, angustis e cinereo albido-griseis dein nigris; sporis fusco-purpureis 7 = 5 μ . Ad basim truncorum. Meo sensu est *Hyph. candelleanum* Fr. quod solum differt lamellis violaceis.

PSILOCYBE

Distinguitur ab aliis huius sectionis absentia veli (neque semper) et margine pilei primitus eurvato. Genus non est bene distinctum. Generatim sunt formae tenaces.

Psilocybe coprophila Fr.

Lit. : Sacc., V, 1058, sub *Deconia*; Ricken, *Blätterpilze*, 750.

Pileo brunneo vel olivaceo-brunneo, nudo margine restis veli appendiculato subviscido, haemisphaericus, sicco colore corii 1,5-2,5 cm. lato, umbonata, subcarnoso; stipite concolore vel flavidulo, superius pallidiore, floccoso-aspero demum nudo, splen-

dente apice pruinoso 3-4 cm. alto, 2-3 mm. lato, tenaci; lamellis griseo-pallidis dein pupureis; acie pallida serrata subdistantibus latissimis 7-9 mm., subtriangularibus late adnexo-decurrentibus; sporis sublimoniformibus 11-12 = 7-8 μ , membrana crassa. Cognoscitur pileo transperenter striato, lamellis griseis, umbone et loco, quo invenitur, nempe semper in excrementis.

Psilocybe tortipes Speg.

Lit. : Sacc., XVI, 124.

Solitaria vel caespitosa; pileo carnosulo tenaci campanulato, umbonato 1-3 cm. lato pallide-flavo, fere nudo; stipite longissimo 5-10 cm., 2-3 mm. lato gracili, fistuloso, subpulverulento. concolore, sericeo-nitente varie torto; lamellis latiuscule adnatis, rufescenti-cinereis demum atris 2 mm. latis; sporis ovatis 12-14 = 9-10 μ , atro-ferrugineis. In pratis humidis frequens. Stipite torto facile cognoscitur.

Psilocybe Foenisecii (Pers.)

Lit. : Ricken, *Blätterpilze*, 256.

Pileo brunneo vel griseo-brunneo, laevi sine velo, hygrophano, secco pallidiore quasi micaceo, ruguloso campanulato-plano 1-3 cm. lato subcarnoso stipite pallidiore setinoso-subnitente apice albo-pruinoso, nudo, laevi 5-8 cm. alto, 2 mm. lato, cartilagineo, cano saepe curvo, lamellis brunneis, variegatis dein olivaceis acie albo-floccosa subdistantibus subventricosis attenuato-adnexis, sporis limoniformibus 13-17 = 8-9 μ . asperis, sub microscopio brunneis. In pratis gregatim.

Psilocybe uda (Pers.)

Lit. : Ricken, *Blätterpilze* 254.

Pileo colore brunneo-melleo vel vulpino rugoso-striato, subviscido, nudo, laevi sine velo hygrophano conico plano 1,5-3,5 cm. lato, subcarnoso stipite rubro-brunneo, 7-10 cm. longo 3 mm. lato ab inicio non cavo, postea vero cavo tenace, lamellis

lateritiis demum purpureis languidis, subdistantibus rotundato-adnexis sporis 15-19 = 9-10 μ . limoniformibus, cystidiis in acie lamellarum 45-50 = 3-4 μ . In locis humidis. *Hypholoma elongatum* diflert sporis multo minoribus et velo marginis. Ad terram.

PANAEOLUS

Sine velo in stipite et sine margine appendiculato. Sunt firmiores quam coprini, cum quibus sporas atras commune habent. Cognoscuntur facile lamellis variegatis « papilionaceis » maculis atris occupatis. Sunt plerumque fimecoli.

Panaeolus campanulatus Linné

Lit. : Sacc., V, 1121.

Pileo carnosulo, campanulato sicco, laevi, glabro, subnitido 1-3 cm. lato fusco-expalente, non rimoso, stipite 8 cm. alto 2-5 mm. lato, primo apice albo pruinoso undique rufescente demum apice striato atro-pulverulento, aequali, stricto, lamellis adfixis griseo-nigro variegatis, latis subdensis sporis 14-16 = 9-11 μ , atris sub microscopio fuscis. Est fragilis obscurior, minor, minus splendens quam *Panaeolus papilionaceus*. In terra fimosa aut in fimo. Acies lamellarum generatim est alba, tempore pluviae stipes guttulis aspersus est.

Panaeolus papilionaceus Fr.

Lit. : Sacc., V, 1122.

Multo maior, firmior, pallidior magis rimoso-rugulosus; stipite multo crassiore tenaciore et pallidiore quam in *Panaeolus campanulato*.

Panaeolus separatus Linné

Lit. : Ricken, Blätterpilze, 266.

Pileo semper conico 5 cm. alto 3 cm. lato udo viscido, sicco argenteo-splendente; stipite pallido subtus annulo albo, udo viscido, sicco splendente 8-15 cm. alto 3-5 mm. lato, non fra-

gili; lamellis adnatis, subdensis subangustis acie alba variegatis. In stercore vaccarum in silvis et campis. Maior omnium. Non rarus. Est in Sacc. *Annellaria* V, 1125.

Panaeolus fimicola Fr.

Lit. : Ricken, *ibidem*, 269.

Diffrerit a *Pan. campanulato* sporis transparenter brunneis 11-12 = 7-8 p. et pileo, qui tempore solis in natura exsiccando marginem brunneum conservat centro jam pallidiore. Colore iunior est atro postea brunneo sine velo etiam in statu initiali. In fimo gregarius et valde frequens. Stipes non totus conspersus est sed solum apice.

Panaeolus phalaenarum Fr.

Lit. : Sacc., V, 1119.

Pileo carnosulo campanulato convexo, obtuso, laevi, glabro, viscido, velo appendiculato fugaci; stipite aequali, firmo subnuda-pallido rufescente; lamellis adnexis latis, cinereo-atris; sporis 14-15 = 7-8 p. In fimo. Est similis *Pan. papilionaceo* sed viscidus, maior, colore luteo argilaceo.

Panaeolus solidipes Peck.

Lit. : Sacc., V, 1123.

Pileo firme et haemisphaericamente subcampanulato vel convexo, glabro, albido, enticula demum in squamas fuscolutescentes, latiusculas angulares secedente; stipite firmo glabro-candido, solido, apice subtiliter striato; lamellis latis, subadnexis ex albido griseis; sporis aterrimitis in caeruleum vergentibus, in fimo et fimetis. Pileo 2 cm. alto, 5 cm. lato, stipite 5-10 mm. crasso. Est similis *Panaeolo papilionaceo* sed sporis minoribus.

Panaeolus acuminatus Fr.

Lit. : Sacc., V, 1124 ; Ricken, ibidem, 269.

Sicut *jimicola* sed hygrophanus semper conico-acuminatus exsiccando margine obscuriore toto micaceo et stipite toto consperso, rubro-brunneo; sporis 12-15 = 8-10 μ , sine ullo velo. In locis stercoratis.

Panaeolus lignicola Rick.

Lit. : *Contributio*, IV ; *Broteria*, V, 24, fasc. III, 1930.

Pileo haemisphaerico, testaceo, sicco exstrio carnosulo 8 mm. lato; lamellis planis confertis arenate decurrentibus, nigro-variegatis, acie erosa, alba; stipite 2 cm. alto 2 mm. lato, griseo-brunneo striato, fibroso, basi albo-lanosa, superius atro-punctatus; sporis limoniformibus amoene violaceis 10-12 = 8-9 μ uno apice obtuso, altero appendiculato. In ligno putrido.

Panaeolus atro-sanguineus Henn.

Lit. : Sacc., XVI, 121.

Pileo carnosulo, subgloboso, dein haemisphaerico squamis verruciformibus atro-sanguineis dense tecto, margine involuto 1,5 cm. lato; stipite fistuloso tenaci, tereti, striato, squamuoso, coneolore, superne annulo squamoso secedente praedito 3 cm. alto 3 mm. lato basi obclavata usque 6 mm. incrassata, lamellis adnatis subdistantibus, latis, luteis dein obscurioribus; sporis limoniformibus vel ovoideis dense verrucosis, atro-sanguineis 10-11 = 8 μ . Ad terram. Stipite rigido superius valde striato.

PSATHYRA

Annulo nullo; stipite fistuloso, polito subcartilagineo, fragili; pileo membranaceo; lamellis purpurecentibus, qua nota differt a *Psathyrella* et *Panaeolo*, qui habent lamellas ex cinereo *nigras*.

Psathyra Lescosii Rabenhorst.

Lit. : Sacc., V, 1061.

Pileo membranaceo campanulato-expanso, griseo-fuseo, radiato-sulcato, plicis demum granulato-crenatis, margine involuto; stipite elongato, tenaci, aequali pallide fuscescente; lamellis adnatis subconfertis, fusco nigricantibus. Sporis $5 = 4 \mu$. In trunco.

Psathyra appendiculata Rick.Lit. : *Contributio ad Mon. Ag.*, II.

Pileo carnoso 1 cm. lato, griseo-fuseo, ruguloso, piano sericeo, margine albo-fibroso, stipite tenui, vitro, fibrilloso, velo fugace arachnoideo, lamellis inaequalibus triangularibus, fuscis, atro-conspersis distantibus arenatis, dente decurrentibus; sporis atris $7 = 4 \mu$. Lamellae aliae sunt latae aliae breves et lineares. Pileo mane rore aquoso pulchre tecto. Forsan melius *Deconia* propter lamellas decurrentes.

Psathyra pennata Fr.Lit. : Sacc., V, 1072, Ricken, *Blätterpilze*, 259.

Pileo submembranaceo, campanulato, 2-4 cm. lato obtuso, laevi, squamis albis plumoso, dein nudo; stipite argenteo, villosa, apice pulverulento; lamellis confertis, adnexis, latis, e livido fusco-nigricantibus, sporis $8-9 = 5-6 \mu$. non atris sed rubro-brunneis. Stipes fibris longitudinalibus vestitus est et acies lamellarum albo-dentata; cystidiis $50-70 = 10-20 \mu$ ad paredes lamellarum gaudet. Stipes 4-7 cm. alto 3-5 mm. latus. Inter frustula lignea et in densis var. *brasiliensis* Rick. Lamellis angustis.

Psathyra fibrillosa Pers.Lit. : Sacc., V, 1071, Ricken, *Blätterpilze*, 258.

Pileo griseo usque ad centrum pallidum sulcato consperso flocculis pallidis, hygrophano, secco pallido, campanulato 3-4

cm. lato, membranaceo; stipite albo, fibrilloso-squamoso, apice pulverulento, postea nudo, superius minus lato, fistulose, fragili; lamellis brunneo-rubris, acie nigris, subdensis angustato-adnexis; sporis subreniformibus $8\cdot9 = 4\cdot5 \mu$, transparenter brunneis. Est valde fragilis. Ad terram in silvis.

Psathyra gossypina Bull.

Lit. : Sacc., V, 1072, Ricken, *Blätterpilze*, 260.

Haec species differt a *Ps. pennata* pileo pallidiore, striato, lamellis acie concolor non discolore et sporis $8\cdot9 = 4\cdot5 \mu$, panulum strictioribus.

Psathyra noli-tangere Bull.

Lit. : Ricken, *Blätterpilze*, 259.

Pileo varie brunneo usque ad centrum sulcato initio margine albo-floccoso, hygrophano, sicco sine striis et laevi, campanulato expanso 1,5-2 cm. lato membranaceo, stipite pallido basi brunnea apice subpruinosa subsetinosa splendente, fere nudo, brevi 2-3 cm. longo 4-2 mm. lato, fragilissimo caro; lamellis brunneis acie albo floccosa, subdensis, latis late adnexis, sporis $7\cdot9 = 4\cdot5 \mu$, transparenter brunneis, cystidiis in acie lamellarum $40\cdot50 = 10\cdot13 \mu$. In campis. Fragilitate et minutie facile cognoscitur.

Psathyra conopilea Fr.

Lit. : Ricken, *Blätterpilze*, 262.

Pileo pallido non striato, nudo laevi campanulato 3-6 cm. lato, membranaceo stipite argenteo cavo, nudo, valde longo 10-15 cm. 2-4 mm. lato lamellis purpureis, densis adnexis, sporis $13\cdot16 = 7\cdot8 \mu$. In hortis et silvis. *Ps. fatua* habet pileum rugosum et sic distinguitur.

Psathyra obtusata Fr.

Lit. : Ricken, *Blätterpilze*, 261.

Pileo brunneo-melleo, transparenter striato, rugulosu sub-sphaericu campanulato 2-5 cm. sine velo; stipite pallido, setinoso fibroso basi strigosa curva 7-10 cm. longo 47 mm. lato cavo valde fragili; lamellis brunneis subdistantibus subventricosis, late et rotundato-adnexis. Sporis 9-10 = 5-6 μ , sub microscopio rubro-brunneis; cystidiis in acie lamellarum lanceolato-lageniformibus 45-60 = 12-15 μ .

Distinguitur a *Hypoholome appendiculato* defectu veli et fragilitate pedis. In ramis putridis versus terram.

Psathyra spadiceo-grisea Schaeff.

Lit. : Ricken, *Blätterpilze*, 261.

Pileo rubro-brunneo usque ad centrum sulcate-nudo, laevi, hygrophano, sicco pallido et sine striis 3-7 cm. lato, subcarnoso; stipite pallido subfibrilloso subnudo, apice pruinato 6-7 cm. longo 3-7 mm. lato cavo; lamellis brunneis vel fumoso-nigris acie pallida, subdistantibus, valde latis 10 mm., subventricosis late sed angustato-adnexis. Sporis ellipticis 9-11 = 5-6 μ , brunneis cystidiis etiam in tota lamella 50-60 = 10-15 μ , lanceolatis. In umbrosis. Lamellae speciei europaea sunt angustae, huius vero valde latae, nihilominus eam ut formam tropicalem *Ps. spadiceo-griseae* considero.

PSATHYRELLA

Tota facies est *Psat.* sed lamellis et sporis nigris, cum sint in *Psathyra* potius brunneae.

Psathyrella disseminata Pers.

Lit. : Sacc., V, 1134.

Pileo membranaceo campanulato-expanso, purpuraceo dein nudo, sulcato-plicato, lamellis adnatis, late linearibus ex albo

cinereo nigricantibus subdistantibus ; sporis ellipsoideis 6-10 = 3-5 μ , nigricantibus subpellucidis. Invenitur in truncis et terra gregatim disseminata 1 cm. lata membranacea, non ita fragilis, plerumque alba. Est valde communis. Certo adsunt et aliae species sed cum sint minimae et fragiles raro observantur.

Bresadola ante 30 annos hanc speciem ut *varietatem brasiliensem* nominavit.

Psathyrella frustulenta Fr.

Lit. : Ricken, *Blätterpilze*, 259.

Pileo olivaceo, transparenter striato margine initio albo-floccoso, hygrophano, sicco pallide isabellino, subhaemisphaericus 1,5-2,5 cm. lato, submembranaceo, fragili ; stipite albo, vitreo, setinoso-splendente, albo-floccoso, apice pruinoso 5-6 = 3-4 μ , subundulato, 5-6 cm. alto, 3-4 mm. lato ; lamellis pallidis dein cinammomeis ; acie pallida, linearibus 4-5 mm. latis, densis, late adnexis sporis 6-7 = 4-5 μ subphaericis brunneis. Ad ligna.

Psathyrella hiascens Fr.

Lit. : Ricken, *Blätterpilze*, 66, sub *Coprinus*.

Pileo flavidulo usque ad centrum sulcato scisso, nudo, laevi, campanulato, membranaceo, 2-3 cm. lato ; stipite nudo albo stricto, fragili 6-10 cm. alto 2 mm. lato ; lamellis demum nigris, linearibus subdistantibus antice acute-adnatis subtenacibus non diffluentibus ; sporis rotundato-cuneiformibus 10-12 = 7-11 μ . In silvis. Distinguitur a *Ps. impatienti* stipite recto non incurvo et lamellis nigris

Psathyrella arata Berk.

Lit. : Sacc., V, 1129.

Pileo membranaceo conico campanulato, subacuto, profunde sulcato, pallido brunneo ; stipite fistuloso, elongato laevi, albo basi incrassato, lamellis subliberis lanceolatis purpurascentiatis. Pileo 2,5 cm. lato ; stipite 13 cm. alto. Ad terram.

COPRINUS

Lamellis a stipite remotis atris (juveniles albae) mox diffuentes in liquidum atrum ; sporis atris. Mox diffluunt et marcescunt. Inveniuntur plerumque in stercore aut terra stercorata rarius in truncis.

Coprinus comatus Fr.

Lit. : Ricken, *Blätterpilze*, 56.

Pileo albo, saepe versus marginem roseolo primo laevi setinoso, mox in squamas latas adpressas disrupto excepto centro, cylindrico 3-4 cm. lato 6-8 cm. alto subcarnoso; stipite albo fibrilloso cum annulo angusto mobili 10-15 cm. alto 1-1,5 cm. lato, cavo inferius bulboso, lamellis primo albis; dein roseis dein nigris, sublinearibus diffluentibus. Sporis 10-14 = 6-8 p. nigris; 45-60 = 18-27 p. In hortis. Edulis. *Coprinus oratus* (Schaeft.) distinguitur quia est minor ab initio squamosus, lamellis nunquam roseis.

Coprinus sterquilinus Fr.

Lit. : Ricken, *Blätterpilze*, 56.

Pileo primo albo fere laevi floccis liberis albis vestito cylindrico ovato 3-4 cm. campanulato-expanso 5-7 cm. griseo-brunneo rubro-profunde sulcato, membranaceo, mox diffluente; stipite albo, fibrilloso superius tenuiore, 10 cm. alto, 5-8 mm. lato cavo, basi bulbosa munito annulo libero, lamellis albis dein purpureo-nigris acie incarnata, linearibus, sporis nigris 18-20 = 12-14 p., cystidiis in acie lamellarum inflatis, succo rubro repletis; in hortis stercoratis.

Coprinus fimetarius (L.)

Lit. : Ricken, *Blätterpilze*, 58.

Pileo griseo, usque ad centrum scisso-sulcato initio squamis floccosis erectis cooperito, deinde a centro ad marginem calves-

cente, demum scisso et revoluto 3-8 cm., subcarnoso; stipite albo basi, incrassata squamosa 7-13 cm. alto 5-8 mm. lato, cavo, fragili; lamellis nigris, liberis mox diffluentibus; sporis 12-14 = 6-8 μ . Cystidiis inflatis. Mox diffluens. In herbis putridis. *Coprinus lagopus* (Fr.) differt stipite toto albo lanoso vestito. Hie quoque adest.

***Coprinus stercorarius* (Bull.)**

Pileo primitus albo lanugine filamentosa squarrosa, conico, deinde griseo striato usque ad centrum flavidum floccis disparentibus non expanso 2-4 cm. membranaceo centro excepto; stipite albo initio squamoso, dein nudo, superius tenuiore 6-7 cm. alto 3-5 mm. lato, basi bulbosa saepe radicante cavo fragili; lamellis griseis deinde atris adnatis demum liberis, mox diffluentibus sporis 9-11 = 6-7 μ ; cystidiis clavatis 50-75 = 30-40 μ . Saepe nascit ex sclerotio. In sterquilino.

***Coprinus nyctemerus* (Vail.)**

Lit. : Ricken, *Blätterpilze*, 60.

Pileo griseo centro flavidulo striato sulcato, initio pruinato dein nudo 7 cm. lato, demum revoluto delicatissimo; stipite albo flocculoso 6 cm. longo, 1-2 mm. lato; lamellis griseis sublinearibus, liberis; sporis 12-14 = 6-7 μ . Ad terram stereoramat. Celerrime diffluens sole orto.

***Coprinus tomentosus* (Bull.)**

Lit. : Ricken, *Blätterpilze*, 61.

Pileo griseo pallido usque ad centrum vulpinum striato sulcato velutino-squamoso conico 2-3 cm. lato 3-4 cm. alto mox diffracto, membranaceo centro excepto, subflaccido; stipite albo, velutino substriato 3-6 cm. alto 3-5 mm. lato subtenace non radicante; lamellis demum brunneo-rubris linearibus tardius diffluentibus, sporis cuneiformibus 8-10 = 5 μ brunneis. In ligno.

Coprinus domesticus (Pers.)

Lit. : Ricken, *Blätterpilze*, 61.

Pileo fuligineo centro castaneo revoluto undulato-striato, initio minute-squamoso ovato 4-5 cm. tenaci; stipite albo, setinoso, superius tenuiore 5-8 cm. alto, 4-7 mm. lato; lamellis albo rubris demum brunneo-nigris, linearibus, densis adnatis, sporis 8-9 = 5-6 μ . Gregatim in locis cultis secus vias valde fragilis.

Coprinus atramentarius (Bull.)

Lit. : Ricken, *Blätterpilze*, 62.

Pileo griseo saepe lato-sulcato, subnudo, centro squamoso (non semper) juvenili pruinato campanulato 3-5 cm. lato 5-8 cm. alto subcarnoso. Stipite albo fibroso, superius tenuiore 10-18 cm. alto 1-1,5 cm. lato, basi radicante annulariformi, cavo; lamellis pallidis dein brunneis, demum atris saepe rugosis ventricosis 10-15 mm. latis, liberis; sporis 9-10 = 5-6 μ . Cystidiis inflatis 45-90 = 8-25 μ brunneis transparentibus. In terra fertili ubique gregatim. *Coprinus deliquescens* (Bull.) differt lamellis *angustis* et defectu bulbi basalis stipitis. Invenitur in silvis inter folia.

Coprinus similis Berk.

Lit. : Ricken, *Blätterpilze*, 61.

Pileo griseo-atro, usque ad centrum flavidulum furcato-striato, revoluto, verrucis albis apice brunneis dense cooperato (versus marginem rarioribus), campanulato 3-4 cm. scisso, membranaceo, demum revoluto et extrorsus revoluto; stipite pallido, pruinato, superius tenuiore 6-9 cm. alto, 2-6 mm lato cavo, fragili; lamellis brunneis; angustis, adnatis subdecurrentibus, diffluentibus; sporis 8-9 = 5-6 μ , cystidiis 30-36 = 15-25 μ . Gregatim in lignis putridis.

Coprinus micaceus (Bull.)

Lit. : Ricken, *Blätterpilze*, 63.

Pileo vulpino flavo, sulcato, initio quasi cystalbis, consperso, dein nudo, griseo-flavo, resciutto usque ad centrum latum vulpinum-campanulato 3-5 cm. lato membranaceo excepto centro; stipite pallido, polito setinoso 8-10 cm. alto 3-5 mm. lato, cavo, saepe angulato; lamellis brunneis dein atro-brunneis (saepius acie alba) lanceolatis rotundato-adnexis, tempore solis non diffluentibus; sporis $9\cdot10 = 5\cdot6 \mu$. brunneis, uno apice latioribus. Ad terram et truncos semper fasciculatim crescit.

Coprinus radians (Desm.)

Lit. : Ricken, *Blätterpilze*, 64.

Pileo flavo vulpino, grosse pruinato demum griseo-brunneo centro vulpino margine striato conico expanso 2-4 cm. lato, membranaceo, marcido; stipite albo nudo splendente 5-8 cm. alto 2-3 mm. lato, cavo basi lanugine brunneo-radiata circumdata; lamellis albis, postea brunneo-violaceis demum atris, linearibus, angustis adnatis; sporis $7\cdot10 = 5 \mu$. In ligno. Est species facile cognita lanugine basali, quae plerumque maxime evoluta similitudinem pellis habet. Vocatur in mycologia *Ozonium stuposum* Pers. Permanet per totum annum producens tempore pluviae *Coprinum*.

Coprinus roris (Quel.)

Lit. : Ricken, *Blätterpilze*, 67.

Pileo pallido, usque ad centrum vulpinum sulcato margine inciso apparente, implicis griseolo, sublento-micaceo, conico 1-1,5 cm.; stipite pallido, basi lanosa filiformi 4-5 cm. alto 1 mm. lato; lamellis permanenter pallidis atropunctatis acie saepe atra, valde distantibus in fundo ruguloso sine collario adnatis sporis $12\cdot15 = 7\cdot8 \mu$. In graminosis. Est valde delicatus.

Coprinus diaphanus (Quel.)

Est adhuc minor 8 mm. latus delicatissimus cum sporis amygdaliformibus 12 μ longis. Etiam invenitur sed tam delicatus ut immediate post collectionem evanescat.

Coprinus plicatilis (Curt.)

Lit. : Ricken, *Blätterpilze*, 65.

Pileo griseo usque ad centrum flavidulum depresso plicato-sulcato, tenuiter membranaceo, micaceo 2,5-4 cm lato; stipite pallido, setinoso, splendente basi bulbillo ornata 5-6 cm. alto 1-2 mm. lato; lamellis griseo-atris, linearibus distantibus, liberis collario punctis non diffluentibus; sporis 10-12 = 9 μ cystidiis 54-90 = 25-40 μ . In pratis.

Coprinus hemerobius Fr.

Est minor colore vulpino, crescens juxta vias, *Coprinus plicatilis* est micaceus sed *Coprinus hemerobius nudus*.

Coprinus cinereus Batsch.

Lit. : Sacc., V, 1088.

Pileo membranaceo flocculoso-farinaceo, dein denudato, griseo-cinereo 2,5-5 cm. lato; stipite subaequali, torto, arrhizo ad basim cavo 7 mm. lato; lamellis 2 mm. latis sporis 11-12 = 7-8 μ . In fimetis. Differt a *Coprinus fimetarius* defectu radicis a *Coprinus tomentosus* figura non ita prolongato conica.

ANTHRACOPHYLLUM

Est sicut *Lentinus* sed lamellis et sporis atris.

***Anthracophyllum Hasselmanni* Rick.**

Lit. : *Rodriguesia*, anno II, Nº 8.

Pileo conico, membranaceo, tenaci, fulvo-lanoso, dein denudato, lineato-sulcato, excentrico 2-3 cm. lato; stipite 2 cm. longo, 3-4 mm. lato, duro, ferrugineo, purpuraceo vel lanoso; lamellis latis, lenticis, tenuibus, subdensis acie integra, decurrentibus atris, subaequalibus; sporis brunneo-atris 3-2 μ . In ligno. Species inventa est in districto federali a Carlo Hasselmann. Hic nunquam inveni cf. *Lentinus melanophyllus* Lév. Certo non est *Lentinus*, sed cum Leveillé nunquam sporas observavit, haec identitas est possibilis.

MONTAGNITES

Tenax sicut *Lentinus*, sed stipite inferius volvato; lamellis et sporis atris. Est Agaricacea *Lycoperdiniis* proxima.

***Montagnites Schuppii* Rick.**

Pileo 1 dm. lato 1 cm. crasso brunneo squamosso-fibroso; stipite duro 1,5 dm. alto 1 cm. lato concolore fibroso-squamoso; volva squamosa persistente ampla; lamellis irregularibus ventricosis densi atris, sporis atris (5 = 3 μ ?). Ad terram sabulosam a P. Ambrosio Schupp lectus ante 30 annos.

LENZITES

Lenzites est genus polyporaceum cum lamellis, ideo melius inter Agaricaceas enumeratur. Pleraeque species aliquoties etiam formas porosas producunt, quae saepius inter *Trametes* ab auctoribus recensentur. Sporae sunt hyalinæ. Omnes species sunt epixyleae.

***Lenzites betulina* (L.) Fr.**

Lit. : Sacc., V, 638, *Myc. Wr.*, V, 853.

Syn. : *Lenzites flaccida* (Bull.) Fr.

- L. ochracea* Ll. Myc. Wr., VII, 1106.
L. isabellina Ll. Myc. Wr., VII, 1156.
L. guineensis, Fr., *L. betuliformis* Murill.

Pileo suberoso coriaceo, piano, obsolete-zonato, tomentoso, pallescens; lamellis rectis subramosis, anastomosantibus, albis. Pileo 3-10 cm. lato, 2 cm. crasso. In ligno frondoso.

var. **L. Berkeleyi** Lév.

Colore fulvo. Cfr. *Lloyd* Wr., VII, 1273.

var. **L. furcata** Fr.

Cum lamellis furcatis. Cfr. *Lloyd* Wr., VII, 1106.

Lenzites trabea Otth.

Lit. : *Ll. lettres* 39, 4, 62, 5.

Syn. : *Lenzites rialis*, Peck.

Pileo coriaceo, appланato, unguлoso, tomentoso, tenuissimo adpresso, glabrescente fuscescente, dein griseo-conspersis, anastomosantibus. Ad ligna fabrefacta. Lamellae non sunt carneo-rutilae, sed pallide-brunneae et griseo-brunneae. Hinc species falso Persoonio attribuitur.

Non ita nitida neque distinete zonata ut in *L. sepiaria*, lamellis confertioribus, tenuioribus crebreiusque anastomosantibus, quam in *L. sepiaria*. Saepe etiam basi polyporea.

Lenzites sepiaria Fr.

Lit. : Sacc., V, 639, Myc. Wr., 6, 1109.

Syn. : *L. saepiformis* Ll. Myc. Wr., 1273. *Trametes corrugata*.

Pileo coriaceo 5-8 cm. lato, duro, zonato, strigato-tomentos o, seruposo, rubro-brunneo, margine lamellisque crassiusculis ramosis, anastomosantibus, lutescentibus. In ligno pineo et frondoso. Non habet odorem; sporis 10-12 = 4 μ strictis. Saepe est atra et crassa.

var. **Trametes protracta** Fr.

Cum poris; sine odore.

var. **L. trabeiformis** Ll.

Pileo nudo. *Myc. Wr.*, VII, 1273.

Lenzites repanda Fr.

Lit. : Sacc., V, 650.

Trametes transmutans Daedalea lencitiformis Lév.

Syn. : *Lenz. Pallisoti* Fr.

L. deplanata Fr.

L. platypoda Lév.

L. polita Fr.

Pileo suberoso, piano, depresso, azomo, albo, glabro 3-15 cm. lato, 1-3 cm. crasso, saepe stipitato; lamellis anastomosantibus, tenuibus confertis, albis. Saepe appareat polyporea aut daedaleiformis; sporis 8-10 = 5-6 μ hyalinis in pulvere subsulphureis.

Saepe macula sanguinea ad basim ornatur. In lignis frondosis frequentissima.

Lenzites erubescens Berk.

Lit. : Sacc., V, 645.

Syn. : *Lentinus Schomburgkii* Henn.

Caespitosa confluens; pileo coriaceo-lignoso, centro depresso, 3-12 cm. lato, margine late deflexo, minute, vellutino et sericeo (primitus laete flavo), fulvo-cinamomeo, sulcis 1-2 exarato; margine irregulari leniter fimbriato; lamellis latis inaequalibus, distinctis, rigidis, erosionis, margine rubescentibus, ad basim stipitis decurrentibus et anastomosantibus, pilis velutinis tectis. Stipes centralis aut lateralis 3-6 cm. altus, 1,5 cm. latus, brunneus, lineatus, rudis. Invenitur etiam sessilis. Ad ligna frondosa frequens in certis regionibus. Color juvenilis et senilis prorsus differens est. Senilis est brunneus. Spegazzini hanc speciem etiam invenit et nomen novum ipsi dedit, quod non memini.

(*Sequitur Index.*)